



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio LVII. Quid te consolatur Resurrectio, carnis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

niū eius bonorum <sup>b</sup>, ac *Sanctorum in celo & in terra*, tanquam ipsius mēbra <sup>c</sup>, communionem <sup>\*</sup> habere possint ac debeant. Deinde, quod singuli, quæ acceperunt dona, in commune commodum & vniuersorum salutem promptè & alacriter conferre debeant <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> 1. Ioh. 1. 3. <sup>b</sup> Rom. 8. 32. Ioh. 1. 16. <sup>c</sup> Eph. 5. 29. 30. <sup>d</sup> Col. 2. 19. <sup>e</sup> Ephes. 4. 15. 16. 1. Petr. 4. 10.

### QVÆSTIO LVI.

*Quid credis de Remissione peccatorum?*

<sup>†</sup> meorū. **RESP.** Deum propter satisfactionem Christi <sup>a</sup>, <sup>†</sup> nostrorum peccatorum, atque illius etiam *originalis* prauitatis, cum qua mihi per omnem vitam pugnandum est <sup>b</sup>, <sup>\*</sup> *maculam* omnē deposuisse <sup>c</sup>, & <sup>†</sup> nos iustitia Christi gratis donare <sup>d</sup>, ne vquam in iudicium <sup>\*</sup> *damnationis* veniamus; nisi relapsi & impenitentes sequi mereamur.

<sup>a</sup> Eph. 7. <sup>b</sup> Psal. 103. 3. Rom. 7. 24. 25. Ro. 8. 1. <sup>c</sup> Ierem. 31. 34. <sup>d</sup> Rom. 3. 24. <sup>e</sup> Ioh. 5. 24. Roan. 8. 33.

<sup>b</sup> Psal. 102. 3. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum &c.* Igitur ego ipse mente seruo legi Dei; carne autem, legi peccati. Rom. 8. 1. *Nihil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.*

<sup>b</sup> **RESP.** Morales sanat defectus; non autem naturales, in quibus est & Concupiscentia; quæ mors est non actualiter, in se, sed occasionaliter, inclinans ad peccandum. In qua iusti se habent passiuè & inuo-

luntarie: Et sic vitæ est, non damnationis. <sup>c</sup> Ier. 31. 34. *Omnes cognoscunt me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum, non memorabor amplius.*

<sup>c</sup> **RESP.** Propitiatio delet peccatum; ac memoriam eius etiam obliuio: non tegit solum.

<sup>d</sup> Rom. 3. 24. *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.*

<sup>d</sup> **RESP.** Vt supra quaest. 21.

<sup>e</sup> Ioh. 5. 24. *Qui verbum meum audit & credit ei, opere & veritate, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte in vitam.*

<sup>e</sup> **RESP.** Venit tamen in iudicium discussionis.

Rom. 8. 33. *Quis accusauit aduersus Electos Dei, Obdormientes in pace?*

### DOMINICA XXII.

### QVÆSTIO LVII.

*Quid te consolatur Resurrectio carnis?*

**RESP.** Quod non tantum anima mea si iusta fuerit, postquam è corpore excesserit, è vestigio <sup>a</sup> *aut per Purgatorium* ad Christum, suum Caput, assumetur <sup>b</sup>: verū quod hæc quoque caro mea <sup>c</sup>, potentia Christi <sup>d</sup> excitata <sup>e</sup>, rursus animæ meæ vnietur <sup>f</sup>, & glorioso corpori Christi conformabitur <sup>g</sup>, si beatur; secus si damnatur.

<sup>a</sup> Lu. 23. 43. Apoc. 14. 13. Lu. 16. 22. <sup>b</sup> Eccl. 12. 7. Philip. 1. 23. <sup>c</sup> Iob. 19. 25. 26. 27. 1. Cor. 15. 53. <sup>d</sup> Ioh. 5. 28. 29. <sup>e</sup> Ioh. 6. 39. 40. <sup>f</sup> Ezech. 37. 5. 6. <sup>g</sup> Philip. 3. 21. 1. Cor. 15. 42. 43.

QVÆ-